

4323.

1348 Maj 8.

Stockholm.

Rörik Bonde utbyter sin del i Lina och Hallesta mot sin broder Peters tillhörighet i Husabystrand med öfverlåtande åt Trotte Petersson och Johan Hjärne att inom ett år efter konungens återkomst från Ryssland uppskatta egendomarnes ömsesidiga värde.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Røricus Bonde salutem in Domino sempiternam. Recognosco euidenter me fratri meo dilecto Petro Bonda omnem partem meam in bonis dictis Linæ et Hallesta pro omnibus et singulis eidem fratri meo in Husabystrand pertinentibus ratione cambii tenore presencium dimisisse tali condicione, quod nobiles viri Throtto Pætersson et Johannes Hyærne infra annum a reditu domini mei regis de Ruthenis debite et juste premissa bona habeant adquare, ita videlicet, quod, si bona in Lina et Hallesta bonis Husabystrand equialere non noscantur, extunc secundum estimationem et arbitrium predictorum Throttonis et Johannis superaddere debeant quantum decet, si vero meliora fuerint, supradictus frater meus ad bona Husabystrand additionem facere, prout justum videbitur, tenebitur et debebit presenti permutacione nichilominus firmiter duratura. In cuius testimonium sigilla predictorum Throttonis et Johannis vna cum proprio presentibus sunt appensa. Scriptum Stocholmis anno Domini m^oc^occxlviii feria quinta post Johannis ante portam Latinam.

Sigillen: n. 1 (båt på sned): . . . ICI BONDÆ (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 653); n. 2 (snedbjelke): s' DROOT. F. PIETERS. (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 654); n. 3 (båt under en lilja): s' JONES ERRINGIS. AZONE (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 655).

4324.

1348 Maj 16.

Stockholm.

Riddarne Karl Näskonungsson och Anund Sture sälja såsom riddaren herr Anund Finvidssons och hans enka Gunnild Hemmingsdotters testamentsverkställare till konung Magnus godset Barestad (Bårstad) i Roxlösa socken för 500 mark penningar.

Orig. på perg i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Karolus Neskunnugxsson et Anundus Sturæ milites, exequutores testamenti nobilis militis domini Anundi Fiinwihæson ac Gunnildis Hemmingxdottir, relicte eiusdem, salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi nos vice et nomine eiusdem domini Anundi bona sua Baræstadhæ, parochie Roosløso, Lyncopensis diocesis, pro solucione testamenti sui ad vendendum deputata, magnifico principi ac domino nostro karissimo domino Magno, Dei gracia Suechie Norwegie et Skanie regi illustri, pro quingentis marchis denariorum Sweuorum rite et legittime secundum leges Osgotorum vendidisse, transferentes in ipsum omne proprietatis jus et possessionis dominium, ipsi domino Anundo vel eius heredibus in dictis bonis quomodocumque competens, predicta bona, videlicet quatuor attungos terre cum dimidio, domibus et pertinenciis quibuscumque, prope vel remote positis, nullis penitus exceptis, quocumque nomine censeantur, alienandi, vendendi et pro libitu sue

voluntatis, quomodocumque voluerit, commutandi, ablata heredibus supradictis omni jure et facultate qualibet predicta bona vel ipsorum partem aliquam quocumque adinuencionis ingenio qualitercumque per se vel alios inpetendi. In cuius testimonium sigilla nostra vna cum sigillis nobilium virorum domini Stenonis Thuræson et Aruidi Kætillson, qui vna nobiscum predictæ vendicioni consenserunt, presentibus sunt appensa. Datum Stokholmis anno Domini millesimo ccc^oxl^o octauo sexta feria proxima ante Erici regis et martyris.

På baksidan: Baræstadhaa.

Sigillen: n. 1 (delad sköld): s' I NASKONVNG: SVN (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 318); n. 2 (tre sjöblad; otydligt): . . GILL . . ANVNDI STV . . (Jfr Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 320); n. 3 fragment; n. 4 (2 tvärbjelkar): s' STENS THVRISS (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 546); n. 5 borta.

4325.

1348 Maj 17.

Stockholm.

Konung Magnus vidimerar och stadfæster Sigvid Tranas morgongåfvobref af 1345 d. 9 Maj till sin hustru Märta Filipdotter.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Magnus, Dei gracia rex Suecie, Noruegie et Scanie, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noueritis nos litteras infrascriptas non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas, set omni suspicione carentes sub veris et saluis sigillis vidisse et diligenter perspexisse, de verbo ad verbum tenorem, qui sequitur, continentes: Omnibus presens scriptum cernentibus Sighwidus Tranæ etc. *Se n. 3948.* Nos igitur supradictam donationem, dummodo rite et legaliter facta sit, tenore presencium confirmamus, firmiter prohibentes, nequis contra predictam donacionem, tradicionem et appropriationem temere venire presumat, sicut penam proinde condignam voluerit euitare. Datum Stocholmis anno Domini millesimo ccc^oxl octauo in profesto beati Erici regis et martyris.

På baksidan (yngre stil): vidisse vm gods, som Sywid Tranæ gaf syn hustru Mæritæ Philpusdotter til morghengawæ ii garde i Toaker oc Lillebol i Øfrætoaker, item en gard i Galtebæk item ij garde i Aas, item ij garde i Skælmthorp medh strømen, item en gard i Klacbodom.

Sigillet borta.

4326.

1348 Maj 19.

Avignon.

Påfven Clemens 6:s resolutioner på ansökningar om andliga lägenheter af Krismar Keldorsson i Strængnäs, Henekin Hemmingsson och Nils Joarsson i Linköpings stift, samt Nils Andersson i Upsala stift (jämte en dansk och 35 andra personer).

Påf. registr. i Vatik. ark. Clem. VI Reg. Supplic. an. 6. 7. fol. 35 inbund. i Innoc. VI an. 7.

Tryckt efter P. A. Munchs afskr.

Supplicant S. V. pauperes Alemanni infrascripti quatenus eisdem et eorum cuilibet de aliquo beneficio vacante vel vacaturo ecclesiastico cum cura